Et quod monachi possint inde bene vivere si bene
administrarent. Item quod sint ibi monachi. Et
an est ibi sufficiens numerus monachorum. Et an procuren-
tur ut decet in victu et vestitu. Item
an proventus convertuntur in utilitatem dicti monasterii.
Et si observatur ibi hospitalitas et qualis. Et
an est ibi infirmaria et qualiter infirmi procurantur ibi.
Item an monasterium vendat in blado et vino et
in lignis et aliis necessariis. Et an ibi sint
libri vestes cruces et calices et alia vasa
vel ornamenta ecclesiastica an non. Et si inde careat
et que oportune efficiant. Item an aliquem
personam suspectam contra statum religionis in-
ducunt in sua septa monasterii. Et an sit vel
credit aliqua alia in ipso monasterio in spiritualibus vel
temporalibus reformatione vel correctione digna.
Et si abbas recipiat monachos alibi quam in monasterio
et si recipiat eos alibi ad professionem quam
in monasterio. Et si contulerit beneficia aliis quam
expresse professis. Et an regula in capitulo expresse
legatur et exponatur. Et quot sunt prioratus et
quot monachi sunt in quolibet prioratu et debent
interesse et sunt subiecti eisdem. Et si sint
aliqui priores soli sine sociis. Et qualiter priores
et monachi conversantur et si aliquid abbatibus reci-
piant pro sociis non mittendis. Et si capitulum